nitate concussit: ut despectis propriis cor-
poris cruciatibus in sanctissimo corde suo
contemplatus eius ignibus leteretur illudentibus. De-
re in meditatione insuperabilis exarsit
ignis: qui odio perfidie et amore veritatis
accensus, appositam sibi extrinsecus flam-
mam: aut non sensit aut vicit. Lectio prima in alia festi.

Quando martir iste ig-
nes appositos non timeret si non
intus flamma caritatis arderet. Quando
tantorum aculeos ferret doloris nisi dilige-
ret gaudia premiorum. Postremo quomodo
contempneret vitam istam nisi amando
meliorem. Cuius autem merita sit quis
ignorat. Quis ibi oravit et non impetra-
vit. Quam multis infirmis meritis eius
corporalia beneficia deus prestitit que tamen ille
contempsit. Non sic peccatricium infirmitas
permaneret. Sed ut appetenda meliora de terre-
nis [illegible] amor fieret. Lectio ii

Templum erat quoddam eius nomine
consecratum: sed pictura valde deiec-
tum. Hoc cum in mole renovare vellent.
impositas quasi trabes plaustris ad locum ex-
hiberent: una reperta est brevior ceteris.
Cum sacerdos qui operi insistebat flens
valde et breviorem intuens: ait. O beatissi-
me laurenti qui pauperes fovisti. cogita
paupertatem meam: quia non est exiguitatis
mee facultas. hanc aliam exhibendi. Illico
crevit trabes: in tantum ut necesse esset ex ea
partem magnam incidi. Quam presbiter sacerdos

frustratim discerpsit: [illegible]
infirmitates sepe submovit. Lectio iii.

Sancte memorie predecessor grego-
rii pape: quedam meliorare deside-
rabat ad sancti laurentii corpus. Et dum
ubi corpus idem venerabile collocatum
esset nesciretur: exquirendo effoditur: subito
quod sepulchrum eius ignorantes aperuerunt. Et
hii qui presentes erant et laborabant mona-
chi. atque mansionarii qui corpus eius-
dem martiris viderunt. quod quidem minime
tangere presumpserunt omnes infra decem
dies defuncti sunt: ita ut nullus vite su-
peresse posset. qui sanctum et iustum corpus il-
lius vidisset. Tu autem. In festo beati ypo-
liti martiris lectio prima. Lectio prima.

Post tertiam diem passionis sancti lauren-
tii: regressus est ypolitus in domum
suam. Et posita mensa priusquam cibum su-
meret. venerunt milites et perduxerunt eum
ad decium. Quem videns cesar dixit ei. Num-
quid et tu magus factus es. quod corpus lau-
rentii abstulisse diceris. Respondit ypo-
litus. Hoc feci non quasi magus: sed quasi
christianus. Tunc cesar iussit ut cum lapi-
dibus os eius tunderetur. Et expoliavit
eum veste qua induebatur in habitu christi-
ano: et dixit. Sacrifica diis et vives. aliter
peribis sicut laurentius. Lectio ii.

Ypolitus dixit. Utinam exemplum
fieri merear beati laurentii: quem
tu miser ausus fuisti ore polluto nominare.

Tunc cesar dixit. Extendite eum et fustib;
cedite. Et fecerunt. ut dixit. Et cedentes ma
nib; defecerunt. Ypolitus autem clamabat [illegible]
tens. Xpianus sum. Cesar dixit. Leuate
eum iterum. Et cum leuatus fuisset: iussit eum
[illegible] ueste militari qua ante gen
tilis utebatur. Et dixit. Recole militi
am tuam et esto [illegible]. iij

Ypolitus respondit. Milicia mea hec
est. xpianum me facturum militare.
Tunc decius dixit. ad ualerianum prefectum.
Accipe omnes facultates eius et interfice
eum. Tunc prefectus exquisita omni facultate
eius: inuenit in domo eius omnem fami
liam xpianam. Quos fecit adduci ante
se. Erat autem ibi nutrix beati ypoliti: nomine
concordia. Dixit ad eos prefectus. Consulite
ne simul pereatis cum ypolito domino uestro. lco

Respondit concordia. Nos cum iiij
domino nostro desideramus pudice mori:
quam impudice uiuere. Tunc prefectus ius
sit ut cum plumbatis contusa cederetur.
Cum ergo diu cederetur: emisit spiritum presente
ypolito. Tunc ypolitus. Gratias tibi ago do
mine: quia nutricem meam premisisti. Tunc
prefectus iussit ypolitum duci foras muros cum
familia sua: et iussit ut in conspectu eius
truncaretur. Et decollati sunt decem et
Beatum v nouem
siquidem ypolitum iussit per pedes
ligari ad colla indomitorum equorum et sic per
carduetum trahi. Qui dum traheretur emisit

spiritum. Cuius [illegible] presbiter
collegit corpus [illegible] et sepeli
uit in eodem loco. [illegible] iustinus
querere beate concordie [illegible] inuenire
cum quendam militem [illegible] ad quem
dam cloacarium xpiani [illegible] ireneum
dixit. Ante hos dies [illegible] quon
dam xpianam in cloaca [illegible]. Et hero
quod margaritas haberet [illegible]. vj

Venit ergo yreneus [illegible] et inuenit
clausum corpus con[illegible]
cium: aurum uero uel [illegible] inuenit.
Tunc fugit porphirius [illegible] uero uo
cauit ad se quendam xpianum [illegible]
et tulerunt corpus illud [illegible].
Qui gratias agens: sepeli[illegible] iuxta
corpus sancti ypoliti. Alia die [illegible] hoc
audito tenuit yreneum [illegible] et fecit
ut uiuum in cloacam [illegible] iustinus
uero corpus leuauit corpus [illegible]ca iuxta
corpus beati laurentii [illegible]. vij

Tunc decius cesar [illegible] a de
monio clamabat [illegible] tamquam
nunc uinctum catheniis [illegible]nis.
Ualerianus arreptus [illegible]
ti tamquam tunc captiuum [illegible]
nis malus. Expirauitque [illegible] decius
uero triduo agitatus a [illegible] clama
bat die ac nocte. Adiuro [illegible] no
dicum cessa a tormentis. Et [illegible] est.
Uxor autem eius triphonia [illegible] ty
rilla: uenerunt ad beatum iustinum [illegible]tes

adducitur. deinde in domo domini plantata
et impinguata spiritu ut oliua fructifera
omnis uirtutis habitaculum facta est. ab omni
uite huius et carnali desiderio mente desis
tens. et ita uirgineam animam obseruauit
cum corpore ut deceret deum in sinu recepture
futuram. semper enim eius in sinus requiesceret.
Ita igitur sanctitatem assumit. et templum
sanctum et admirabile altissimi dei dignum
demonstratur. Ipsa est que per eterno prouisi
uo consilio dei predefinita et diuersis yma
ginibus et sermonibus prophetarum per ipsum sanctum
significata et predicta in preterminato
tempore et dauitica radice germinata est propter eas
que ad ipsum facte sunt repromissiones. Iurauit
enim dominus dauid ueritatem. et non frustrabitur
eum de fructu uentris tui ponam super thro
num tuum. Et rursus. Semel iuraui in sancto
meo si dauid mentiar semen eius in eternum
manet. Et ysaias. Egredietur uirga de radice
yesse. et flos de radice eius ascendet. v

Pertimesco ne forte sicut inops uerbi ita
et indignus laudator inueniar.
cum nec sanctitas nec facundia suppetat
ut beatam et gloriosam uirginem digne
laudare queam. quam ut uerum fatear quicquid
humanis dicatur uerbis. minus est a laude
eius. quia diuinis et angelicis excellen
tius predicata et laudata preconiis. a prophetis
quidem prenuntiata. a patriarchis figuris et
enigmatibus presignata. ab euangelistis
exhibita et monstrata. ab angelis uene
rabiliter atque officiosissime salutata. Pre
terea qualis et quanta esset. ab eodem diuinitatis
teci natu tum ait. Aue gratia plena dominus
tecum. benedicta tu in mulieribus. vi

Talibus namque decebat uirginem op
pignerari muneribus. ut esset
gratia plena. que celis dedit gloriam. terris
deum. pacemque refudit. fidem gentibus.
finem uitiis. uite ordinem. moribus
disciplinam. Et ideo inquit. Benedic
ta tu inter mulieres. Ac per hoc quicquid
maledictionis infusum est per euam. to
tum abstulit benedictio marie. Insuper
et gratiam refudit ipsi cetus. quia
non habuit prius omnis mundus. Igitur
quod natura non habuit. usus nesciuit.
ignorauit ratio. mens non capit hu
mana. pauet celum. stupet terra.
creatura omnis etiam celestis miratur.
hoc totum per gabrielem marie diuini
tus nuntiatur. et per ipsum adimpletur.

Liber generationis Secundum Matheum
Ihesu christi filii dauid filii abra
ham. Abraham genuit ysaac. ysaac
autem genuit iacob. Et reliqua. Omelia beati
In ysaia legimus generatio Iohannis presbiteri
nem eius quis enarrabit. Non pu
temus euangelistam prophete contrarium.
ut quod ille impossibile dixit effatu. hic
narrare incipiat. quia ibi de generatione
diuinitatis. hic uero de incarnatione
dictum est. A carnalibus autem cepit. ut

per longinque deum dicere incipiamus filii
david filii abraham. Ordo praeposterus,
sed necessario commutatus. Si enim primum
posuisset abraham et postea david: rur-
sus repetendus ei fuerat abraham. ut
generationis series texeretur. Ideo autem ceteris
praetermissis horum filium nuncupavit. quia ad
hos tantum facta est de christo repromissio. Ad
abraham. in semine inquit tuo benedi-
centur omnes gentes. quod est christus. Ad david.
de fructu ventris inquit tui ponam super
sedem tuam. Tu autem. Lectio viii.
Iudas autem genuit phares et zaram de tha-
mar. Notandum in genealogia salvato-
ris nullam sanctarum assumi mulierem. sed eas
quas scriptura reprehendit. ut qui propter peccatores
venerat de peccatricibus nascens omnium
peccata deleret. Unde et in consequentibus
ruth moabitis ponitur. et bethsabee uxor
uriae. Iacob autem genuit ioseph virum
mariae. Hoc loco obicit nobis iulianus
augustus dissonantiam evangelistarum.
cur evangelista matheus ioseph dixerit filium
iacob. et lucas appellat eum filium heli.
non intelligens consuetudinem scripturarum.
quod alter secundum naturam. alter secundum legem ei
pater sit. Scimus enim hoc per moysen iu-
bente deo praeceptum. ut si frater aut propinquus
absque liberis mortuus fuerit. alius eius acci-
piat uxorem ad suscitandum semen fratris vel
propinqui sui.
Cum [Lectio ix.]
autem virgine concipiens suspicio t

ut sciret in qua ... re...
... quod sponsi
... et sponsae vocentur uxores. Quaerat
diligens lector et dicat. Cum ioseph
non sit pater domini salvatoris. quid pertinet
generationis ordo deductus usque ad ioseph.
Cui respondebimus primum non esse consue-
tudinis scripturarum ut mulierum in ge-
nerationibus ordo texatur. Deinde ex
una tribu fuisse ioseph et mariam.
unde ex lege eam cogebatur accipere.
ut propinquam et quod simul censentur
in bethleem. ut de una videlicet stir-
pe generati. Tu autem. [In nativitate ... Lectio prima.]
Petis a me petitiunculam opere qui-
dem levem. sed cautela fallacita-
tis admodum gravem. Postulas enim ut
stilo digeram si qua alicubi forte de
nativitate sanctae mariae usque ad incompara-
bilem eius partum invenerim. Hoc autem
quod a me nunc tanto cupite exposcis.
me adolescentulum in quodam libello
legisse nosti. Moneo autem te memo-
... libelli si bene memini.
... tempus
modo labuisse petitionem. Petitis
ut vobis reseram quod mihi de
quodam libello videatur. qui de nativi-
tate sanctae mariae in vulgus habetur. et ideo
scire vos volo multa in eo falsa inve-
niri. Quidam namque seleucus. qui pas-
siones apostolorum conscripsit et hunc libellum